Pueri Hebraeorum

SATB a cappella

Franz Schubert
(1797-1828)



1 Domini est terra, et plenitudo eius, / orbis terrarum, et qui habitant in eo.
2 Quia ipse super maria fundavit eum / et super flumina firmavit eum.
3 Quis ascendet in montem Domini, / aut quis stabit in loco sancto eius?
4 Innocens manibus et mundo corde, / qui non levavit ad vana animam suam nec iuravit in dolum.
5 Hic accipiet benedictionem a Domino / et iustificationem a Deo salutari suo.
6 Haec est generatio quaerentium eum, / quaerentium faciem Dei Iacob.
7 Attollite, portae, capita vestra,+ et elevamini, portae aeternales, / et introibit rex gloriae.
8 Quis est iste rex gloriae? / Dominus fortis et potens, Dominus potens in proelio.
9 Attollite, portae, capita vestra, + et elevamini, portae aeternales, / et introibit rex gloriae.
10 Quis est iste rex gloriae? / Dominus virtutum ipse est rex gloriae

Copyright © 1999 by the Choral Public Domain Library (http://www.cpdl.org)
Edition may be freely distributed, duplicated, performed, or recorded.

ed. 11/15/99